



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui peccata sua sine condigna poenitentia sibi relaxari falluntur. Ix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

nire. Quam formam & circa mulieres, quae se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinixerunt, seruandam es-
se censemus.

*De pœnitente fœmina quæ defuncto viro aliis nubere
præsumperit.* Cap. LVI.

Poenitentes fœminæ quæ defunctis viris aliis nubere *Ex cœcil.*
præsumperint, vel suspecta, vel interdicta familiari- *Aralatē.*
tate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesiæ limi- *cap. 2.*
nibus arceantur. Hæc etiam de viris in pœnitentia positis
placuit obseruari.

*Quod in danda pœnitentia nulla sit personarum
acceptio.* Cap. LX.

Qui igitur Apostolo teste non est personarum acce- *Ex cœcil.*
ptio apud Deum, & in omnibus iudiciis seruanda nō *Cabillon.*
est, multò magis in hoc pœnitentiae iudicio pre- *cui inter-*
caueri deberet, vt nullus sacerdotum vñquam, aut gratia, aut *fuit Caro*
odio alicuius personæ secus iudicet, quām quod in canonि- *lus impe-*
bus sacris inuenerit: aut quod illi secundum sanctarū scri- *rator, ca.*
pturarum autoritatem, & ecclesiasticam consuetudinem *34.*
rectius vñsum fuerit. Si ergo medici qui corporibus medi-
cinam inferre conantur, nequaquam propter personæ cu-
iuslibet acceptiōnem his quos sanare cupiunt, cauterio,
aut ferro, aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt: multò
magis his obseruandum est, qui non corporum sed anima-
rum medici existunt, neque enim pensanda est pœnitentia
quantitate temporis, sed ardore mentis, & mortificatione
corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non
despicit.

*De illis qui peccata sua sine condigna pœnitentia sibi
relaxari falluntur.* Cap. LX.

Quis ergo malorum operum sine condigna pœ- *Ex dictis*
nitentia quenquam veniam à Deo percipere posse *August.*
dixerit, penit? errat, & cùm deceptus, alios de-
cipere festinat, duplice noxa constringitur: hoc est, proprij
erronis, & alienæ deceptionis.

*Quod tam diu laborare quisque debeat donec possi-
cat Christum.* Cap. LXI.

Vsque tunc laborare debethomo, vsquequo possideat *Ex dictis*
Christum. Qui autem illum semel adeptus fuerit, *Gregor.*